lacus anguſto freto junctos: alter, iſque amplior, Ilinæorum; alter Huronum dicitur. Hos ingens terræ lingua dividit, cujus in apice ſedet Miſſio S. Ignatii, ſive Miſſilimakinacana. Supra duos iſtos lacus tertius eſt, ambobus major, quem ſuperiorem lacum appellant. Hujus in aditu conſtituta eſt Miſſio S. Mariæ à Saltu. Interjectum inter hunc, & binos inferiores lacus ſpatium occupant Outaouaki, apud quos plurima ſtativa Societas habet. Ejuſmodi arces religiones (ſic enim appellare Miſſiones licet) unde ſuos profert milites, & ſacra explicat vexilla, tres circa lacum Ilinæorum poſitæ ſunt, prima inter Puteatamiſos: Miſſio Sancti Joſephi nuncupatur: altera inter Kikarouſos, Maſkoutenſos, & Outagamiſos; S.